



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 15. Pontificis literæ ad Episcoporum Passaviensem, & Austriæ
Archiducem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1485.

§. XIV.

*Ferdinandus ob violatam fidem
excommunicatus.*

*Marian. hist.
Hisp. l. 25.
c. 7.*

*Bzov. ad
ann. 1487.*

Attamen Ferdinandus non solum Proce-
res regni opprimere continuavit, va-
riisque suppliciis eorum nonnullos e me-
dio tollere præsumpsit, sed etiam cen-
sum Ecclesiæ Romanæ solvere detrecta-
vit; & quamvis a summo Pontifice serio
admonitus, atque rogatus esset, nihilo-
minus nil præter cavillationes & ludi-
eras illusiones reddidit: quapropter ab eo
tandem anathemate percutus, regnoque
suo privatus est in gratiam Caroli Fran-
corum Regis, qui illud regnum ad se ju-
re pertinere affirmabat.

Confecto hoc bello Neapolitano, In-
nocentius Ursinos & Columnenses adhuc
discordes summa diligentia conciliabat,
urbemque quieti restituere, ac annonæ
ubertate prosperam reddere satagebat;
cum vero hoc bello ærarium penitus ex-
haustum esset, Sixti Prædecessoris sui
exemplum secutus, *Plumbatores Bulla-
rum, & Secretariorum Collegium* instituit.

§. XV.

*Pontificis literæ ad Episcopum Passa-
viensem, & Austriæ Archiducem.*

*Raynald. ad
hunc. ann.*

In Bohemia Hussitarum Hæresis altio-
res indies radices agebat, præcipue
cum

cam quidam Episcopus natione Italus, Sæcul. XV.
 nomine Augustinus vesano quodam A.C. 1485.
 Zelo, suisque sermonibus illam semper
 nutriret, ac errores jamjam a Constan-
 tienstis & Basileensi Conciliis damnatos
 rursum instauraret. Pontifex ad restin-
 quendam hanc pestem animum adji-
 ciens, Passaviensi Episcopo fidei causam
 commendavit, die vigesima secunda Ja-
 nuarii præsentis anni datis ad eum literis,
 quibus excitatus Antistes demandatam
 sibi provinciam suscepit, optato prorsus
 successu; quippe horum malorum aucto-
 rem ad Ecclesiæ gremium reduxit, at-
 que ad ejurandos errores permovit. Hac
 de re certior factus Pontifex reo veniam
 est pollicitus, modo ex Bohemia excelsus
 esset, ne eam ulterius inficere posset;
 facilius enim populos ad Romanæ
 Ecclesiæ castra reversuros sperabat, si
 hæresis suæ signiferum amisissent. Idem
 quoque Pontifex die decima octava Ju-
 nii literas dedit ad Archiducem Austriæ,
 quibus eum rogabat, ut in suis ditioni-
 bus prohiberet usum candentis ferri, cu-
 jus illæso contactu accusati vel suspicio-
 ne aspersi innocentiam probare jubeban-
 tur: Eundem quoque adhortabatur, ut
 auctoritate sua maleficia, sortilegia, ali-
 asque magicas superstitiones eliminare
 niteretur.

§. XVI.